Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift

215

a bonis operib; steriles existunt quib; uirtutum misera morte preptis. Ad ultimum et ipsa mundana conuersatio quam illi absq; fructu uitalis operis exegerant quasi uxor infecunda transibit. Respondens autem ihc ait illis. Erratis usq; scilicet sunt sicut angeli in celo. Quia latina consuetudo greco idiomati non respondet simpliciter dictum intellegamus quod nubere de uiris et nubi de uxorib; scriptum sit sunt enim sicut angeli in celis absq; ullo mortis metu et labe corruptionis atq; sine ullo termino status actu perpetua dei uisione fruuntur. De resurrectione autem mortuorum non legistis et reliqua. De quinq; libris moysi profert testimonium ad probandam eternitatem animarum propter saducceos qui illos tantummodo recipiunt. Quia stultum erat proferre testimonia prophetarum quorum illi auctoritatem non sequebantur. Non est deus mortuorum sed uiuorum et reliqua. Postquam probauerat dominum non posse fieri animarum non perseuerarent. consequenter corporum introducit resurrectionem cum quib; simul bona malaue gesserunt. Pharisei autem audientes quod silentium imposuisset usq; quod est mandatum magnum in lege. In unum conuenerunt dicentes. Apud se loquantur per omnib; unus. ut si uicerit omnis uideantur uictores. si autem uictus